Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut per eam que sui spiritus eterna lenitatem capiamus. Per dominum. Super oblata in festo pasce et ascensionis. Primo de sancto Ambrosio officium. Sanctificetur tui

Deus qui hodiernam diem beati Ambrosii confessoris tui atque pontificis solemnitate celebrare. ad esto propitius ecclesie tue precibus: ut cuius gloriam mentis mirabimur: suffragiis prosequamur. Per eundem dominum nostrum. Secreta Sacrificium tibi laudis domine offerimus: pro cuius celebritate pontificis Ambrosii: ut propitiatio tua quam mis operibus non meremur precibus suffragantis ut intercessionibus assequamur. Per eundem dominum nostrum. Postcommunio Quam sacratam tuetur sumpsimus. ut beati confessoris tui Ambrosii atque pontificis nos foveat continuata presidia. Per eundem dominum nostrum. Tiburtii et valeriani officium.

Sanctificetur tui domine nomen officium. Inducent te gaudium et letitiam tui ducent alleluia. Ps. Exultate iusti in domino. Kyrieleison. Pasce omnipotens deus le. oro ut qui sectores tuos Tiburtium et valerianum et martyrum solemnia colimus eorum exemplis instruamur. Per dominum. Sed de tribus in. gradiale

Stabunt iusti lectio libri sapientie in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt. et qui abstulerunt labores eorum. Intuentes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperate salutis dicentes intra se penitentiam agentes et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam. et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est. Alleluia. Gaudete iusti in domino rectos decet collaudatio. Alleluia. Versus

Epistola ad hebreos ad dominicale. secundum Cum nimirum illo tempore. dixit dominus. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non afferentem fructum tollet eum. et omnem qui fert fructum purgabit eum. ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me et ego in vobis. Sicut palmes non ferre potest fructum a semetipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis et vos palmites. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructum multum quia sine me nichil potestis facere. Siquis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et